

Bion Philosophus dicebat, viam ad Inferos planissimam ac tritissimam esse oportere, cum plerique illic clausis oculis eant. DREX. in *Rogo damnatorum*.

Que vitia potissimum ad Infernum deducant, Thomas Morus hoc distycho indicavit,

Si quis ad inferos properat descendere Manes  
Huc iter accolorant, Balnea, Vina, Venus.

Quemadmodum olim Jacob Patriarcha manum dextram Ephraimo juniiori filio Joseph, sinistram vero Manassi filio seniori imposuit; ita Deus ad dextram olim eos, quos mandus postponebat, ad levam eos quos illic præferabat, collocavit. ISCH. p. III, c. XX.

ÆQUITAS. — Daniel, ubi visum de Nabuchodonosore septem annis inter bestias victuro audivit, sic expavit, ut ad horam mutus staret; quid nos si damnatos æternum inter Demones et tormenta victuros credamus? DANIEL IV.

UTILITAS. — Afri, ut leones a se arserent, alios a se captos suspenderunt, quibus visis reliqui silvis exire non sunt ausi; quanto magis ad infernum accedere verebuntur homines, si damnatos tantopere cruciatus intueantur? LIPSIUS, l. de *Cruce*.

Democritus Philosophus docere solebat, orbem duobus mediis contineri, amore præmii, et timore supplicii; quæ duo Cyrus Rex Regis brachia appellabat. Recte autem de præmio Regni cælestis et supplicio Inferni intelliguntur; per hæc enim vel maxime homines in officio continentur. BESSÆUS, conc. i de *Infern*.

Cum Asceta quidam Achillem Monachum rogasset, unde accideret, quod in cella otio ac torpore marcesceret? respondit is, id inde provenire, quod nec quietem, quam speramus, nec tormenta, quæ timemus, animo volveret; hoc enim si faceret, etiamsi cella veribus plena esset, libenter in ea mansurum. VIT. PP. l. q. §. 107.

ÆTERNITAS. — Etsi flamma fornacis Chaldaeæ usque ad quadraginta novem cubitos se porrexerit, quinquagesimum tamen jubilearii numeri non attingit, quia figura erat ignis infernalis, ubi nullum jubileum spei et gratiæ datur. BESSÆUS, conc. vi de *Inf*, p. 2.

Recte quoque Prudentius canit:

Vermibus et flammis, summis cruciatibus ævum  
Immortale dedit, senio ne flamma periret.

PRUD. contra *Marcionit*.

### AXIOMATA.

Cesset voluntas propria, et Infernus non erit.

Facilis descensus Averni.

Qui vivus cum Christo descendit ad inferos  
Mortuus cum eo ascendit ad caelos.

Procul ab aula, procul ab inferno.

Momentaneum, quod delectat,  
Æternum, quod cruciat.

Memorare novissima, et in æternum non peccabis. S. BERN.

### AUCTORES.

Petrus Bessæus, de *Quatuor Novissimis*.

Gabriel Inchinus, de *Quatuor Novissimis* part. III.

Jeremias Drex. in *Rogo damnatorum*.

Philippus d'Outreman, in *Pædagogia Christiana*, p. I, c. VIII, § 9.

Ludovicus Granatensis, in *Loeis Communitibus*, fol. 826.

Joannes Lopez, *Epit.* l. IX, c. III.

Petrus Canisius de *Noviss.* c. v.

Matthias Faber, conc. VIII, in *festo S. Catharini*. Item, conc. VI et VII. *Dom.* 3 post *Epiph.* Item, conc. II et III. *Dom.* 19 et conc. II. *Dom.* 20, conc. VII. *Dom.* 21, post *Pent.*

Thomas Stapletonus, tex. 10, in *Dom.* 3 et tex. 8, in *Dom.* 3 post *Epiph.* Item, tex. 9, in *Dom.* 19 post *Pent.*

Henricus Engelgrave, in *Luce Evang. Dom.* 5 post *Pent.*

Josephus Longius, in *Polyanth.* lit. cod.

Jacobus Sallianus de *Timore Dei* l. III.

Dionysius Carthusianus, de *Quatuor Novissimis*, c. XXXV.

Georgius Reel, in *Regulis prudentiæ* p. I, c. III.

Bartholomæus Saluthius, in *Septem Tubis*, tuba 6, tota.

fortis adjutoris tui non eris recordata. JER. XVII, 4.

### INGRATITUDO.

#### EX SS. PATRIBUS.

DAMNUM. — Ingratitudo est inimica animæ, exinanitio meritum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio, ventus urens, sicca sibi fontem pietatis, rorem misericordiae, fluenta gratiæ. S. BERN. s. LII.

Recolam ad mentem meam omnia bona, Domine, quæ fecisti mihi a juventute mea, in omni vita mea. Scio namque, quod ingratitude multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritualis, et ventus quidam desiccans et urens omne bonum, obstruens fontem misericordiae tuæ super hominem, quia et mala jam mortua oriuntur, et viva jam operamoriuntur. S. AUG. c. XVIII, *Soliloq.*

Si accipientes divina munera taciti et immemores fuerimus, tanquam ingrati et indigni eorum subministracione fraudabimur. S. AMBR. s. XLII.

Ingratus extitit, qui plenus virtutibus Deum non omnino timuit. In hoc enim quisque peccator sit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccavit, quia omni bono abundavit. S. AUG. l. de *Pæn.*

Quanto majora beneficia sunt hominibus collata, tanto graviora peccantibus judicia constituta. S. CHRYS. sup. *Math.*

Gratiarum cessat discursus, ubi recursus non fuerit. Nec modo nil augetur ingrato, sed et quod accipit, in perniciem ei vertitur. S. BERN. s. in c. i. *Jejunii*.

Retribuabant mihi mala pro bonis. Ego attuli fecunditatem, ipsi retribuabant sterilitatem; ego vitam, ipsi mortem; ego honorem, ipsi contumelias; ego medicinam ipsi vulnera; et in his omnibus, quæ retribuabant, utique steriles erant. Hanc sterilitatem in arbore maledixit, ubi fructum, cum quaereret, non invenit. S. AUG. in *Ps.* XXIV.

Ingratitudo peremptoria res est et hostis gratiæ, inimica salutis, quoniam nihil ita displicet Deo, quemadmodum ingratitude. S. BERNAR. sup. *Cont.*

Si gratiam homini non referre simile est homicidio, quantum crimen est Deo non referre? S. AMBR. in *Offic.*

Grave nimis est, ut fructus laboris sui fraudetur industrius, et cui debet pro sedu-

#### QUOAD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est culpabilis negligentia in debite gratitudinis officio persolvendo. Seu breviter: Est culpabilis offensio gratitudinis debite. JOS. LANG. V. eodem.

ACTUS. — Beneficium acceptum negare. Beneficium collatum dissimulare. Beneficium acceptum non compensare. Beneficii accepti penitus oblivisci. Beneficium collatum maleficio rependere. SENECA.

#### EX S. SCRIPTURA.

QUALITAS. — Non est inventus, qui redderet, et daret gloriam Deo. LUC. XVII, 17.

Filios enutrivit, et exaltavi, ipsi autem spreverunt me. ISAIAS, I, 2.

Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui; Israel autem me non cognovit, et populus meus non intellexit. IS. I, 6.

Quid est, quod debui ultra facere vineæ meæ, et non feci? An quod expectavi, ut faceret uvas, et fecit labruscas? IS. V, 6.

Numquid redditor pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ? JER. XVII, 20.

Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa; erunt enim homines seipsum amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediens, ingrati, scelasti. II. TIM. III, 1.

Hæcne reddis Domino popule stulte et insipiens? Numquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, et fecit, et creavit te? DEUT. XXXII, 6.

DAMNUM. — Qui reddit mala pro bonis non recedit malum de domo ejus. PROV. XVII, 13.

Ingrati spes tanquam hybernalis glaciæ, tabescet, et disperiet tanquam aqua supervacua SAP. X, 29.

In die illa erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ sicut aratra et segetes, quæ derelictæ sunt a facie filiorum Israel, et eris deserta, quia oblita es Dei Salvatoris tui, et

litate conferri præmium, dispendium patitur injustum. Et malorum omnium probatur extremum, ut inde quis cogatur detrimenta suscipere, unde credebatur auxilium provenire, molestiam pati sine causa, penam sine culpa, damna sine delictis. CASSIOD. l. IV, ep. XI.

Si qua gravis necessitas presserit, tunc Dei recordatur. Si belli terror infremuerit, si morborum pestifera vis incubuit, si alimenta frugibus longa siccitas denegavit, si tempestas, si grando ingruat, ad Deum confugitur, a Deo petitur auxilium, Deus ut subveniat oratur. Si quis in mari vento sevientem jactatur, hunc invocat. Si ad extremam medicandi necessitatem deductus, victum precibus exposcit, Deum solum obtestatur, per ejus unicum atque divinum nomen hominum sibi misericordiam querit. Nunquam igitur Dei meminerunt, nisi dum in malis sunt. Postquam metus deseruit, et pericula recesserunt, Deo, quem ante in sua ipsa necessitate imploraverant, ne verbo quidem gratias agunt. LACTANT. FIRM. l. II, de Divin. Inst. aduersus gentes.

#### EXEMPLA CATHOLICA.

QUALITAS. — Pincerna Pharaonis succedentibus prosperis oblitus est beneficii a Josepho accepti, ideoque ipse se redarguit, ac accusat dicens: Confiteor peccatum meum; quod videlicet oblitus benefactoris mei non sum locutus Pharaoni pro illius liberatione. GEN. XLII.

Dedit Deus eam gratiam in oculis Hebræorum, ut Ægyptios omni auro et argento rebusque pretiosis spoliarent; at illi ex his spoliis sibi vitulum aureum confecerunt, quem, vero Deo relicto, adoraverunt. EXOD. XXX.

Quibusdam Agarenis per cellam S. Sabæ transeuntibus et famentibus, cum ipse radices tantum et cortices arundinum apposisset, illique paulo post rediissent, et cascos dactylosque attulissent, exclamavit hic sanctus: Heu mihi! Barbari isti, parvi nostri beneficii memores referre gratiam munifice studuerunt; nos autem, qui quotidie fruimur bonis Creatoris, nullam ei vicissim studemus referre gratiam per mandatorum observationem. SURTUS, in Vita, l. VI, f. 95.

Frater Ægidius, S. Francisci Discipulus, cum divitem quemdam pro beneficiis acceptis ingratum vidisset, eum hoc argumento

ingratitude convict: Incidi, inquit, in hominem manibus et pedibus truncum, oculis que orbatum, eum cum benigno percontatus essem, quid reponere vellet, si manum, pedes et oculos ei aliquis restitueret? Respondit: Servum me illi perpetuum consecrarem. Tum ad divitem conversus: Cum ergo et tibi, inquit, Deus oculos et manus, ac pedes cæteraque corporis membra integra et illæsa tot annis servaverit, tu iis in contemptum abuteris? ENGELG. in Dom. 6 post Pent.

Anno 1482, Dantisci latro juvenis suspendendus, ope P. Guardiani Franciscanorum, qui eum olim a sacro fonte levarat, vita donatus, pessimam vicem retulit; eundem enim postea a tergo adortus et caput medium scidit. Captus, et ideo capite damnatus, ultima verba locutus dixit: Utinam omnes, qui a suspendio me suis precibus nuper liberarant, simili morte peremissent. Ibidem.

Columbus post occupatas in India insulas quatuor, jam Vice-Rex, ab æmulis fuit accusatus, velut Indos baptizatos non foveret, studeret potius mancipia ex iis, quam Christianos facere, eos occupari in effodiendo auro, non habita ratione, eos sustentandi; unde Rex Franciscum de Bobadiglia eum potestate misit, qui in Columbus inquireret. Qua de re Rex eum moneri litteris cæterum officiosis jussit, ne quasi-tor obsisteret. Is, non auditis, eum ac fratres post multas criminationes jubet in vinctula dari, et ferro oneratos in Hispaniam mitti. Cum vinctula essent Colambo injicienda, diu nemo præ reverentia ausus est id exequi, donec vilis homuncio, ejusque adeo coquus id fecit. Ubi Columbus a servo suo vidit sibi vinctula injici, ingemuit. Et ita, inquit, mundus eum tractat, qui ei servit; hoc præmium est humanæ spei, et laborum? Sepeliar, si morior, cum his vinctulis, ut sint testes, solum Deum facere gratiam, cuius eum non preniteat, mundus mentitur, et fallit. Ubi fuit in Hispaniam delatus, Rex id ægre tulit, neque enim id volebat. Adductus ad Regem et conjugem ejus præ lacrymis diu loqui non potuit; tandem rationem factorum dedit. Reges consolati sunt hominem, comperta demum veritate, cum potestate priori eum ac fratres in Indiam remisere, bonis omnibus ante confiscatis, denuo illis redditus. ALPHONS. DE OUVILLES, in relat. Hist. Chill. l. IV, c. VI.

De Adamo, primo parente nostro sic loquitur S. Augustinus: Quanto magis homo fruebatur Deo, tanto majore impietate dereliquit Deum, et factus est malo dignus æterno, qui hoc in se peremit bonum, quod posset esse æternum. S. AUG. l. de Civ. cap. 17.

De Judæis quoque S. Chrysostomus: Vultis cognoscere, quanta Judæis fecit Deus, et permanserunt semper ingrati? Septuaginta et quinque animæ ingressæ sunt Ægyptum, et factæ sunt sexcenta millia. Mortuus est Joseph, et surrexit Rex alius immemor Joseph, qui valde illos afflixit; clamaverunt ad Dominum, qui eduxit eos per Moysen ex Ægypto, et duxit in desertum. Et queruntur Moysi: Eduxisti nos in desertum, ut occideres, quasi non sint sepulchra in Ægypto. Cognosce ingratitude. Sed rem majorem vide. Quadraginta annis fuerunt in deserto, capillusque illorum non crevit neque unguis, neque vestis sordidata, nec calcæus attritus, non seminaverunt, nec messuerunt, non pinsuerunt, nec coxerunt panes, sed panem de celo comederunt, et post tot beneficia dixerunt Aaroni: Da nobis Deos, qui nos præcedant. S. CHRYSOST. in ser. contra Jud.

De Juda S. Ambrosius ait: In proditore Dominus hoc gravissimum invenit, quo ejus condemnaret perfidiam, quod gratiæ vicem non representaverit, et conviciis amicitia venenum malitiæ miscuerit. S. AMBR. l. I, de Virg.

Tradunt Hebræi, teste S. Hieronymo, ideo ægrotasse Ezechiam, quod post inauditam victoriam Judæorum et Assyrii Regis interitum non eceinerit laudes Domino, quas eceinit Moyses Pharaone submerso, et Deborah interfecto Sisara, et Anna genito Samuele. S. HIER. in Isaiam, lib. II.

Jonas, quia non gratias Deo egerat ob hederam tam subito productam, mox sub diluculum præparavit Deus vermem, qui arrosit et arefecit illam. JONAS. IV.

Insigni ingratitude erga fratrem Isaac Imperatorem Constantinopolitanum, a quo unicus diligebatur, Alexius usus est. Nam quanquam a Turcis culpa sua captus, ab Isaac fratre statim magno auri pondere redemptus, dominum suum, nedum fratrem tanti muneris auctorem vir perfidus ingratusque oculis atque imperio simul privavit. B. FULG. lib. V.

Ingratitudine Philippus, Dux Mediolanensis, erga Beatricem conjugem non caruit; nam cum adolescens esset, et propter Joannis fratris immanitatem paterni imperii parte

amissa, pars qua superaret, in magno discrimine versaretur, omnium egens Beatricem Facini Canis militarium copiarum suarum ducis uxorem ipsius Facini hortatu, qui paulo post decessit, in matrimonium duxit, quia et militum animos, qui ei assueverant, et pecuniam qua Facinus abundabat, cum nuptiis secum trahebat. Ejus igitur ope compositis rebus, quia ætas longo dispar erat, neque Philippo conjux, sed avia superinducta videbatur, ut se gravi matrimonio liberaret, Philippus turpitudinis insimulatam, clam, ut aiunt, judicio tamen ante facto interim jussit. Idem. X.

#### EXEMPLA PROFANA.

##### Qualitas.

Athenienses a Philippo in bello capti, iterumque dimissi, tam ingrati fuerunt, ut etiam vestes et stragula a Macedonibus repeterent, eosque propterea in jus vocarent. PLECTARC. in Apoph.

Basilius Imper. cum in venatione cervi cornibus per zonam arreptus in sublime ferretur, et quidam ex famulis ejus liberandi causa cingulum ense dissecuisset, pro munere, quod ei debebat, caput illi precidit per summam ingratitude. Jussit, quod contra Imperatorem gladium strinxisset. BARON. ann. 687.

Athenienses, licet Socratem Apollinis indicio omnium sapientissimum declaratum, suamque juventutem præclare ab eo institutum scient, nihilominus tamen ob levem causam veneno oblato sustulerunt. SABELLICE. l. VII, c. II.

Justinianus Imperator licet Belisarii ducis sui auxilio, Persas in Oriente, Wandalos in Africa, et Gothos in Italia superasset; horum tamen omnium immemor eum exoculari jussit, unde is postea stipem petens dicebat: Belisario nummum date, quem virtus extulit, et in innum invidia (et ingratitude) præcipitavit. LANG. V. eodem in Polyant. f. 574.

Cæsar cum inter eos, quorum manibus interemptus esset, etiam Brutum, quem tam paterne educaverat, et ad summos honores evexerat, vidisset, hoc solum quasi dolens dixit: Et tu, Fili? BEUL. in festo S. Matth. text. 3.

Valerius Maximus merito ingratum ani-

mum Popilii exaggerat, quod a Cicerone prius defensus, postea, cum nemo Antonio in ejus cade obtemperare vellet, ille solus tanti facinoris executionem suscepit. *Ibid.*

Claudius Nero decrevit, ut, si dominus quispiam servum ægotantem non omni cura foveret, aut domo ejiceret, hoc ipso servus libertati restitutus foret. *Ibid.*

Recenset Sabas Castilioneus in libello quodam, cui titulus: *Ricordi*, in Brutiis olim statutum, ut is, qui vellet agere contra ingratos, certam campanulam ad id destinatam pulsaret, ad ejus pulsum mox quidam Senatores conveniebant. Accidit forte ut quis equum cæcum et strigosum ob senium domo expulerit, qui equus forte, stabulum ratus, sacellum illud intrat, in quo dicta campana pendeat; ex qua cum frondes, nescio quo casu, penderent, equus quippe jejunus decerpendo campanam movit, et Senatorum aures, ut mox ad causam dicendam confluerent, excitavit, sed reperto tantum ad campanam equo, ut viderunt, ejus antea fuisset, domino suo restituendo ut eadem lege equum aleret, quæ tantum est, esse cuiquam ingrato. *MAJOL. p. IV, coll. 1.*

P. Scipio Africanus Æmilianus, M. Aquilio et C. Sempronio Cons. post duos consulatus, duosque triumphos et his excisis terrores Reipublicæ, mane in lectulo repertus est mortuus, ita ut quædam elisaris faucium in cervice reperirentur notæ. Ab hinc annos centum quinquaginta, ait Velleius, de tanti viri morte nulla habita est questio; ejusque corpus velato capite elatum est, cuius opera super totum terrarum orbem Roma extulerat caput; seu fatalem, ut plures, seu conflantem insidiis, ut aliquæ prodidere historiae, mortem obit. *VELLEIUS, l. II, Valer.*

Livius Drusus, vir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, cum Senatui primum restituere cuperet deus, in iis ipsis, quæ pro Senatu moliebatur, Senatam habuit adversarium; tum conversus Drusi animus, quando bene cœpta male cedebant, ad dandam civitatem Italiae. Quod cum molens revertisset et foro, immensa illa et incognita, quæ eum semper sequebatur, multitudo in atrio domus suæ cultello percussus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas discesserit. Sed cum ultimum redderet spiritum, intuens circumstantium, moerentiumque frequentiam; effudit vocem convenientissimam conscientie suæ: « Equando, inquit, propinqui,

amicicæ, similem mei civem habuit Respublica? *VELLEIUS, f. 58, l. II.*

Ut omnibus aliis in rebus immania horrorisque plena Caligulae principis scelera fuerunt, ita ingrati tudinis quoque crimine non alios modo mortales, verum feras quoque ipsas immanitate insignes superavit; id in eo præcipuum erat, quod omnes, a quibus amabatur, odio habebat, magis hoc patuit, cum pro ejus valetudine, que in discrimine erat, quidam sese pugnatum vovisset; morbo enim liberatus, ut votum solveret, exegit, neque abire campo nisi victorem passus est, omni arte enixus, ut qui pro ejus servanda salute discrimini vitam obtulerat, pro gratia mortem reportaret. *B. FELIC. lib. II.*

M. Cicero Cneum Popilium Lepatem, Picenæ regionis, rogatu Marci Cælii non minore cura, quam eloquentia defendit; eumque causa admodum dubia fluctantem salvum ad penates suos remisit. Hic Popilius postea nec re nec verbo a Cicerone læsus, ultro M. Antonium rogavit, ut ad illum proscriptum persequendum et jugulandum mitteretur, impetratisque detestabilis ministerii partibus, gaudio exultans, Cajetam incurrit, et virum, omitto quod amplissima dignitatis, certe salutis ejus auctorem, studio præstantis officii privatim sibi venerandum, jugulum præbere jussit, ac protinus caput Romanæ eloquentiæ, et pacis clarissimam dextram per summum et securum otium amputavit, eaque sarcina tanquam opimis spoliis alacer in urbem reversus est; neque ei scelestum portanti onus succurrit illud se caput ferre, quod pro capite ejus quondam peroraverat; invalidum hoc monstrum suggillandum literæ, quoniam quis qui talem Ciceronis casum satis digne deplorare possit, alius Cicero non exstat. *MAX. lib. V.*

Neminem Lycurgo aut majorem, aut utiliorem virum Laacedæmon genuit, utpote cui Apollo Pythius oraculum petenti respondisse fertur, nescire se, utrum illum hominum an deorum numero aggregaret; huic tamen neque vite summa sinceritas, neque constantissimus erga patriam amor, neque leges salubriter excogitate auxilio esse potuerunt, quominus infestas aves experiretur. Sæpe enim lapidibus petitis, aliquando ejectus, furore etiam privatus oculo, ad ultimum ipsa patria pulsus est. Quid alie facient urbes, ubi etiam illa, que constantie et moderationis et gravitatis sibi laudem extimiam

vendicat, tam ingrata adversus tam bene meritum extitit? *Ibid.*

## SIMILITUDINES.

**QUALITAS.** — Sicut hedera arbores, quarum auxilio in altum assurgit, corrumpit et destruit; ita ingrati suos benefactores pessumdant. *PLUT. in Mor.*

Sicut dementissime ageret, qui tutorem filio relinqueret pupillorum spoliatorum; ita pessime beneficia collocat, qui ea ingratis confert. *SENEC. l. IV, de Bon. c. XVII.*

Sicut siphinius lapis oleo excalefactus durescit, alioqui mollissimus; ita quosdam benefactores reddas deteriores. *Idem, in Simil.*

Sicut nubes solis virtute in altum subvecta solem postea offuscant; ita ingrati a Deo exaltati gloriam ejus obscurant. *STAPLET. t. V in Do. 13, post Pent.*

Sicut mare omnes dulces aquas recipit, et salsas ase remittit; ita ingrati mala pro bonis reddunt. *Ibid.*

Sicut mulus a matre lactatus calcibus illam ferit; ita ingrati a Deo impinguati recalcitant. *Ibid.*

Sicut musca in tersissimis speculis reptantes labuntur, in asperis locis herent; ita homines multi beneficiorum inmemores, injuriarum tenaces sunt. *Ibid.*

**DAMNUM.** — Sicut si Rex quotannis mille aureos dari cupiam juberet, ille vero eos omnes in venenum vel arma, quibus eum tolleret, impenderet, utique gravem iniquitatem commisisse, milleque mortes promeruisse censeretur; ita non minore poena digni censendi sunt, qui Dei dona in occasionem peccandi vertunt. *STAPLET. t. V, in Dom. 3 post Epiph.*

Sicut mendicis gratias pro elemosyna dicere negligentibus, nullam deinceps stipem porrigere solemus; ita non possunt in nobis dona gratiæ fluere, quia ingrati sumus Auctori, nec totum refundimus fontali origini, ut bene notavit pius Auctor. *THOM. KEMP. l. II, c. X, n. 2.*

## MOTIVA.

Quia vitium hoc vehementer *Deus* detestatur; hinc primum peccatum, quod Isaias a Deo populo Israelitico exprobare jussus erat, ingrati tudo fuit, dum dixit: Audite cæli, et

aurebus percipe terra, quoniam *Deus* locutus est: Filios enutrivit, et exaltavit, ipsi autem spreverunt me. *ISAIE, l.*

Quia etiam *Natura* humana vellet monstrum detestatur hoc vitium; sic enim naturale est amantem redamare, quia amoris solus amor digne reponitur; ita monstruosum est, amanti ac benefacienti gratum se non præbere. *STAPLET. t. V in Dom. 13 post Pent.*

Quia etiam *Bestiæ* hoc vitium oderunt; cum tam ex variis historiis, quam experientia quotidiana constat, quantumvis feras bestias beneficiis collatis curari. Sed et memorabile est, quod Geminianus de pelicano refert, quod scilicet, dum ob effusum super pullos sanguinem, quem pro ipsi: vivificandis rostro ex pectore excivit, ita debilitatur, ut a pullis ali debeat, diligenter attendat, quinam hoc officium majore sollicitudine præstent, et hos velut gratos foveat, reliquos velut ingratos et abortivos nido exturbet. Hinc merito S. Ambrosius exclamavit: Quid de canibus loquar, quibus insitum est natura quadam referre gratiam, et sollicitas exebias, pro dominorum salute prætere? Quis non erubescat gratiam bene de se merentibus non referre, cum videat etiam bestias refugere crimen ingrati? Et ille impertita alimonie servant memoriam, tu non servas salutis acceptæ. *S. AMBR. l. VI in Hexam. c. IV.*

Quia *summe perniciosum* est hoc vitium; cum non tantum exsiccat fontem pietatis, rorem misericordie, et fluentia gratiæ, ut S. Bernardus dixit; sed etiam gravissimarum poenarum reum faciat, cum tanto majora ingratis supplicia sint constituta, quanto plura beneficia prius sunt collata. *S. BERN. s. III.*

## MEDIA.

*Sæpe considerare, quantopere nobis debeat, si nobis pro minimis licet beneficiis debite gratiæ non agantur; hinc enim colligemus, quantopere Deo displiceat, si pro tot, tamque magnis beneficiis ingrati existamus.*

*Exempla brutorum quotidiana ponderare. Quæ ob unum alterumve bolum datori blandiuntur, aliaque gratitudinis signa exhibent.*

*Desiderium celestium donorum concipere;*

sie enim incitabimur ad ingratitude[m], quæ talium donorum impetrationem impedit, totis viribus detestandam.

*Beneficiorum Dei magnitudinem et multitudinem frequenter meditari;* ex hujus enim meditationis neglectu plerumque ingratitude oritur.

*Beneficia potiora a Deo accepta annotare;* certa[que] tempora, quibus recolantur, sibi præscribere, maxime autem in primo puncto nocturni examinis ferventius se in gratiarum actione exercere.

## ASCETICA.

Tria sunt præcipua, quæ circa hoc vitium ab Asceta observanda sunt. Primum est, ut bene advertat, quod S. Augustinus alicubi sapienter pronuntiavit, nimirum cultum Dei in hoc præcipue constitutum esse, ut anima ei non sit ingrata; unde in ipso verissimo et singulari sacrificio Domino Deo nostro gratias agere jubemur. Deus enim honorum nostrorum non indiget. S. AUG. *1. de Spir. et Lit.*

Secundum est, ut pariter bene apprehendat, nullum perinde vitium tantopere displicere Deo, ac subjectam ad divina dona accipiendam inaptum reddere; quare ingratitude[m], ac proinde specialiter ab Asceta fugiendam esse, ne illud de Juda dictum audire cogatur: Tu vero homo unanims, dux meus et notus meus, qui semper mecum dulces capiebas cibos, etc.

Tertium est, ut sciat, non modo pro secundis rebus, sed etiam pro adversis cavendam esse ingratitude[m]; nam, teste S. Hieronymo, Christianorum propria virtus est, etiam in his, quæ adversa putantur, referre gratias Creatori.

## CONCEPTUS PRÆDICABILES.

Ex occasione thematis: « Non est inventus, qui rediret, et daret gloriam Deo; » (LUC. XVII, 17.) ingratorum hominum multitudo ostendi potest, seu, quod idem est, quam commune hoc vitium sit omnibus hominibus, id quod facile præstabitur, si tres gradus ad perfectam gratitudinem requisiti ob oculos habeantur, videlicet, ut beneficium magni æstimetur, ore deprædicetur, et facto

compensetur; quæ sane tria officia respectu Dei saltem a paucissimis observantur, cum plerique donis Dei ad contemptum et offensam Dei abuti soleant. Vide Fabr. conc. *1 in Dom. 3 post Pent.*

Ex occasione thematis: « Qui reddit malum pro bonis, non recedit malum de domo ejus; » (COLOSS. III, 15.) possunt explicari mala, quæ obvenire plerumque solent ingratis. Nimirum 1. Malum *negatorum benedictionis* in rebus temporalibus, quia gratiarum cessat discursus, ubi recursus non fuerit. 2. Malum *infamie*, quam merito incurrit ingratus apud Deum et homines, utpote qui negligit officium, quod ipsa bruta tam sollicitè solent præstare. 3. Malum *culpæ*, cum, teste S. Augustino, ingratitude sit radix totius mali spiritualis, et ventus omne bonum desiccans. S. AUG. *c. XVIII Soliloq.* 4. Malum *pæne*; quia quanto majora cuique beneficia sunt collata, tanto majora quoque ingrato supplicia sunt constituta, ut S. Chrysostomus dicere solebat. Vide Fabr. conc. *III in Dom. 13 post Pent.*

Ex occasione thematis: « Filios enutrivit, et exaltavi, et ipsi spreverunt me; » (ISAIE 1, 2.) ostendi potest, quam justè hæc verba Deus etiam nostris temporibus usurpare possit, immo longe potiori titulo. 1. Quia longe majore sollicitudine enutrivit, alens cibo et potu longe præstantiori, Corporis scilicet et Sanguinis sui, medicinam quoque pretiosorem longe per Sacramentorum institutionem offerens, et majorem sapientiam communicans per clariorem sui, rerumque celestium cognitionem instillatam. 2. Quia etiam copiosius longe exaltavit, dum plura et efficaciora media suppeditavit ad virtutum, per quas solas verus honor et gloria obtinetur, perfectionem obtinendam, majoremque cum ipso amicitiam, qui supremas dignitatis gradus est, comparandam. Ostendatur dein, quam gravem oporteat esse contemptum eorum, qui post tot tantisque favores ac honores collatos, nihilominus adhuc ipsum odio prosequi et spernere ansi sunt, cum tamen ipsa bruta ad nocendum a natura impelli solita, parvo quandoque cibo cieuntur, et ad beneficia potius, quam damna inferenda pertrahantur. Juvabit hunc in finem adducere illa Psalmistæ verba: « Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique, etc. » cum sequentibus, paulo fusiùs explicare.

Ex occasione thematis: « Pro eo, ut me diligere[m], detrahebant mihi; » (PS. CVIII, 4.)

ostendatur, quam vere ingratitude *detrectio* dicatur, tum respectu Dei, cujus beneficentia et amor erga Christianos minoris longe æstimatur apud Gentiles et alios Ecclesiæ hostes, si videant ipsos Christianos in æstimandis beneficiis specialibus a Deo collatis tam negligentes esse. Deinde pariter ostendatur, quam gravis maledictio maneat ejusmodi ingratos Christianos, illa nimirum, quam David in citato psalmo expressit, dicens. 1. Constitue super eum peccatorem et Diabolus stet a dextris ejus, qui cum ab uno peccato in alterum præcipitet. 2. Cum judicatur, (maxime in extremo judicio) exeat condemnatus. 3. Oratio ejus fiat in peccatum, quia locutus est adversus me labiis dolosis, et sermonibus odii circumdedit me. 4. Fiant dies ejus pauci, quia, cum non agnoscat beneficia Conditoris et Conservatoris sui, non mereatur illis diutius frui. 5. Nutantes transferant filii ejus, et mendicent, quia ipse urentem super bona sua temporalia induxit. 6. Diripiant alieni labores ejus, justo Dei judicio in digniores et magis gratos dispensantis. 7. Non sit illi adiutor, nec sit, qui misereatur pupillis ejus, quia indignus est adiutorio, qui tam parvi illud æstimat. 8. Disperat de terra memoria ejus, quia equum est, ut hominum oblivionem incurrat, qui tanti Benefactoris sui oblivisci ausus est.

## MISCELLANEA.

QUALITAS. — Inter plurima, maximaque vitia nullum frequentius est, quam ingrati animi, ut jam olim recte advertit Seneca, SENEC. *1. 1 de Benef. c. 1.*

Diogenes querenti, quid apud homines celerius senesceret? *beneficium*, inquit; dici enim vix potest, quanta beneficii accepti apud plerisque sit oblivio. STOBÆUS, *ap. Long. in Polyan.* fol. 372.

Themistocles Atheniensibus ipsam contumelia afficientibus: Quid tumultuamini, inquit, adversus eos, a quibus sæpenumero commodis fuistis affecti? Aiebat autem se simitem platanis, sub quarum umbra accurrunt homines afflicti tempestate, et easdem mox, ubi serenitas rediit, vellunt, et lacerant. PLUT. *in Apoph.*

Plato Aristotelem mulum vocare solebat, eo quod, sicut mulus post lac a matre acceptum, eandem calce ferit; ita ille quoque

post lac sapientiæ a Platone haustum peripateticam scholam contra ipsum instituerit. ÆLLAN. *1. IV de Var. Hist.*

Alphonsus Rex oburgatus, quod in Alvarum Lunam, hominem ingrattissimum, tot beneficia contulisset, quorum ipse ne meminisset quidem, respondit: An ignoratis, ingenti beneficio non nisi ingenti ingratitude satisfieri. PANOR. *de Reb. Alph.*

In veteri lege holocaustum, quod offerebatur pro gratiarum actione, non erat in crastinum servandum, ut per hoc ostenderetur, gratiarum actiones non differendas esse. LEV. VII.

Per Ezechielem præcepit Dens, ut qui templum ingrediebatur, per aliam portam egrederetur, ne Propitiatorio alicui terga verteret; quo ritu docere voluit, non esse Deo beneficia conferenti per oblivionem terga vertenda. EZECH. XLVI.

Guilielmus Parisiensis dixit, ingratitude[m] esse magnum Diaboli miraculum, cum sit vel maxime contra naturam. GUIL. PAR. *1. 1 de Rhet. div. c. IV.*

Friedericus Imperator dicere solebat, ex

his, quos extulisset, quam paucissimos gratos fuisse, idque muneribus suis actum esse, ut ex fidelibus invidere ferent.

DAMNUM. — Seneca notavit, humanis legibus nullam ingratitude[m] ponam constitutam esse, quia tanta ejus est iniquitas, ut soli Dei justitiæ rigidissime puniendi relinquantur. STAP. *in Dom. 3 post Epiph. tex. v.*

Publius Mimus dicere solebat: Dixeris maledicta cuncta, si ingratum dixeris. BUSEIUS, *in Panar.*

Cicero quoque de ingratitude dicebat: In ingratitude[m] vitio nihil mali non inest. CICERO, *ad Attic. VIII.*

Recte cecinit nonnemo:

Pertusum vas est ingratus homuncio, semper  
Omne, quod laudandis, perdit in nihilum.  
CORONARIUS.

Cerva quepiam cum fugiens venatores sub vite se abscondisset, et iis prætergressis pampinis carpere cœpisset, venatores strepitu excitati redierunt, et deprehensam armis suis occiderunt. Quæ moriens dixit: Merito mihi hæc accidit, quia violare servatricem meam non horru. LANGIUS, *in Pol.* fol. 374.

## AXIOMATA.

Non male cecinit Catullus:

Omnia sunt ingrata, nihil fœcis benignum est.  
CATULLUS.

Quod facis ingrato, certo perit undique  
facto. BUCHLER.

Acerbum est, pro benefactis malorum  
messem metere. Florileg. p. I.

## AUCTORES.

Joannes Buseus, in *Panario*, v. eodem.  
Josephus Langius, in *Polyanth*. v. eodem.  
Thomas Stapletonus, in *Promptuario*,  
text. v, in *Dom.* 43 post *Pent.* et text. v,  
in *Dom. Palm.*

Laurentius Beirlinck, in *Festo S. Mathie*  
*Apostoli*, text. III.

Mathias Faber, conc. I, in *Dom.* 13, post  
*Pent.*

Josephus Mansi, in *Bibl. moral.* tr. XXX,  
disc. XIX et seq.

## INTENTIO BONA.

## QUOD ESSENTIAM.

DEFINITIO. — Est actus voluntatis, quo  
actiones hominis ad finem aliquem super-  
naturalem diriguntur. Ipsa virtutum om-  
nium finis, initium, decus, et ornamentum  
est. De qua locutus est Sponsus dicens:  
Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa,  
vulnerasti cor meum in uno ocelorum tuo-  
rum (id est, ut Honorius explicat, in una  
intentione, quando unam tantum rem petit  
anima a Domino, ut inhabitet in domo Do-  
mini omnibus diebus vitæ suæ) et in uno  
erine colli tui, (hoc est, in una cogitatione  
intellectus, qua intelligit Deum esse sum-  
mum bonum.)

DIVISIO. — Triplex potissimum est inten-  
tio bona. 1. Qua quis bonum operatur  
pœnæ æternæ formidine. 2. Qua quis spe  
pœmiæ æterni bene agit. 3. Qua quis Deo  
propter suam bonitatem servit, seu puram  
Dei gloriam querit. De quibus sic S. Doro-  
theus loquitur: Tres sunt conditiones et  
status, ut D. Basilius ait, quibus grati esse

possumus. Si enim penam formidamus, in  
servili statu sumus. Si vero mercedis luera  
consectantes, utilitatis et proprii commodi  
gratia, divina mandata peragimus, merce-  
nariis assimilamur. Sin autem bono et ho-  
nesto propter seipsum adhaeremus, in  
filiorum genere sumus. Filius enim ubi ad  
prudentiali discretionemque pervenerit, pa-  
terna vota exequitur, non timore plagarum,  
non etiam mercedis et pœmiæ cupiditate,  
sed amore, pietate, observantiaque erga  
patrem; persuasus enim satis est, suum  
fore, quiddam patris est. Subdividitur au-  
tem quævis ex istis intentionibus in *virtua-*  
*lem*, et *actualem*; hæc est, quæ ex se refert  
opus ad finem; illa est, quæ in virtute præ-  
cedentis actus aliquid opus ad finem ordi-  
nat.

ACTUS INTENTIONIS OPTIME. — Primus  
est: *In omnibus rebus unicum Dei honorem*  
*querere*, ad exemplum Estheris de se ipsa  
fatentis: Tu seis, Domine, quod nunquam  
lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata  
sum, usque in præsentem diem, nisi in te,  
Domine. ESTH. XIV, 18. Nam, ut recte S. Au-  
gustinus dixit, minus te amat, Domine, qui  
tecum aliquid amat, quod propter te non  
amat.

Secundus est, *Seipsum oblivisci, et in sola*  
*Dei voluntate acquiescere*, ad exemplum Da-  
vidis dicentis: Confitemini Domino, quo-  
niam bonus. PS. CXXIX, 1. Et hoc est, quod  
ipse Salvator suavit, dum dixit: Nesciat  
sinistra tua, quid faciat dextra tua. MATH. VI, 4. Nam, ut sapienter S. Chrysostomus  
advertit, nihil æquæ inania reddit bene-  
ficia, disperditque, quam eorum, quæ nos  
recte fecimus, memoria; duo enim par-  
rit mala, negligentiores facit, et in arro-  
gantiam tollit. *Hom.* XII, in *ep. ad Philip.*

Tertius est: *Servire Deo, non solum ut id*  
*ipsi placeat* (hoc enim nescio quid humani  
etiæm retinet, teste Drexelio) *sed quia*  
*sibi sic serviendi placet Deus*, seu, quia tam  
bonus est Deus, ut nostrum obsequium  
dignetur approbare, eoque se capi ac delec-  
tari ostendat. L. I, de *Rect.* Int. c. VII, § 3.  
De quo gradu S. Bernardus sic exclamatur:  
O amor sanctus et castus! O dulcis et suavis  
affectio! O pura et defœcata intentio volun-  
tatis! eo certe defœcator et purior, quo in  
ea de proprio nihil jam admixtum relinquitur;  
eo suavior et dulcior, quo totum divi-  
num est id, quod sentitur. Sic affici, deifi-  
cari est. *De Dil. Deo.*

## EX S. SCRIPTURA.

QUALITAS. — Pone me ut signaculum  
super cor tuum, ut signaculum super bra-  
chium tuum. CANT. VIII, 6.

Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud  
quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.  
I COR. X, 31.

Querite Dominum, et confirmamini;  
querite faciem ejus semper. PS. CIV, 4.

Sapientis oculi in capite ejus. Stultus in  
tenebris ambulat. ECCL. II, 14.  
Cor mundum crea in me Deus, et spiri-  
tum rectum innova in visceribus meis.  
PS. L, 12.

Omne, quodcumque facitis in verbo aut  
in opere, omnia in nomine Domini nostri  
Jesu Christi facite, gratias agentes Deo et  
Patri per ipsum. COR. III, 27.

Servi, obedite dominis carnalibus cum  
timore et tremore, in simplicitate cordis  
vestri, sicut Christo, non ad oculum ser-  
vientes, quasi hominibus placentes, sed ut  
servi Christi, facientes voluntatem Dei ex  
animo. EPH. VI, 5.

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies  
mea; faciem tuam, Domine, requiram.  
PSAL. XXVI, 8.

Anima mea illi vivet, et semen meum  
serviet illi. PS. XXI, 31.

Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor  
nomini tuo, Domine, quoniam bonum est.  
PS. XLIII, 8.

Omnis æstimatio ciclo Sanctuari (id est,  
gloriæ divinæ) ponderabitur. LEV. XXVII, 25.

Te autem faciente elemosynam, nesciat  
sinistra tua, quid faciat dextra tua, ut sit  
elemosyna tua in abscondito. MATH. VI, 3.

Ecce enim in celo testis meus, et con-  
scius meus in excelsis. JOB. XVI, 20.

Noli timere, Abraham, ego protector tuus  
sum, et merces tua magna nimis. GEN. XV, 1.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in  
terra, ubi erugo et tinea demolitur, et ubi  
fures effodiunt, et furantur. Thesaurizzate  
autem vobis thesauros in celo, ubi neque  
tinea demolitur, et ubi fures non effodiunt,  
nec furantur. Ubi enim est thesaurus tuus,  
ibi est cor tuum. MATH. VI, 19.

NECESSITAS. — Læterna corporis tui est  
oculus tuus; si oculus tuus fuerit simplex,  
totum corpus tuum lucidum erit; si autem

oculus tuus fuerit nequam, totum corpus  
tuum tenebrosum erit. MATH. IV, 22.

Gloriam meam alteri non dabo. IS. XLII, 8.

Universa propter semptimum operatus  
est Dominus. PROV. XVI, 4.

Si quis non quæserit Dominum Deum  
Israel, moriatur, a minimo usque ad maxi-  
mum, a viro usque ad mulierem. II PAR.  
XV, 13.

Vae duplici corde, et labiis scelestis! (Id  
est, qui labiis honorant Deum, cor autem  
eorum longe est ab eo.) ECCL. II, 14.

UTILITAS. — Vulnerasti cor meum, Soror  
mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno  
oculorum tuorum. Scilicet bonæ intentionis,  
quem solum, ut sagittarii sagittas ad scop-  
pum jacentes apertum habuisti. CANT. IV, 9.

Cum quæseris Dominum Deum tuum,  
invenies eum, si tamen toto corde quæsie-  
ris. DEUT. IV, 29.

Manus Dei nostri est super omnes, qui  
querunt eum in bonitate. I ESDRÆ. VII, 29.

Querite Deum, et vivet anima vestra.  
PS. LXXVII, 33.

Honora Dominum de tua substantia, et  
de primitiis omnium frugum tuarum, et  
implebuntur horrea tua saturitate, et vino  
torcularia tua redundabunt. PROV. III, 9.

Et non reliquit me solum, quia quæ pla-  
cita sunt ei, facio semper. JOAN. VIII, 29.

Si radix saneta, et rami. ROM. XI, 17.

DIGNITAS. — Nihilque erat in templo, quod  
non auro tegetetur. (Id est, nihil in anima  
justi atque perfecti hominis, quod non auro  
perfectissimæ charitatis fuerit exornatum.)  
III REG. VII, 22.

Justi autem in perpetuum vivent, apud  
Dominum est merces illorum, et cogitatio  
eorum apud Altissimum. SAP. V, 16.

Omnis gloria ejus Filiæ Regis ab intus.  
PS. XLIV, 15.

JUCUNDITAS. — Meus cibus est, ut faciam  
voluntatem ejus, qui misit me, et perficiam  
opus ejus. JOAN. IV, 34.

Et in terra pax hominibus bonæ volunta-  
tis. S. LUC. II, 14.

Utinam attendisses mandata mea, facta  
fuisset sicut lumen pax tua, et justitia tua  
sicut gurgites maris. IS. XLVIII, 18.

MALA INTENTIO. — Abominatio Domini  
est omnis illusor, et cum simplicibus ser-  
mocinatio illius. PROV. III, 32.

Non bonam rem facis. Stulto labore con-  
sumeris. EXOD. XVIII, 18.

In hoc feriam vobiscum fœdus, ut eruam